





Σω Θεῶ

1614, 16

11.

16

CENTURIA
CONTROVERSIARUM
SELECTISSIMARUM EX SINGU-
LIS CAPITIBUS JURIS CIVILIS AD
seriem Pandect. ex quibusdam Juris Cano-
nici, Feudalis, & Reces. Imperii

QUAM

Decreto & auctoritate Amplissi-
mi Jctorum Collegii in Academia
celeberrimâ Jenensi

PRÆSIDE

Amplissimo & Consultissimo Viro

DN. JOHANNES SVEVIO J. U. D.
& Profes. P. Curiaë provincialis & Scabi-
natus adfessore dignissimo

*Pro summo in UTROQUE JURE gradu &
privilegiis consequendis*

Publicè proponit

CHRISTOPHORUS GERDES
Güstroviensis Megapolitanus

Ad diem 29 Januar. Anno M DC. XIV.

J E N Æ

Typis HENRICI Rauchmauls.





AMPLISSIMIS, CONSUL-
TISSIMIS ET PRUDENTISSIMIS

Viris

Dnn. CONSULIBUS
ET SENATORIBUS REIPUB.
Güstroviensis, parenti (respectivè) fauto-
ribus & amicis suis summè
colendis.

In devoti & officiosi animi
argumentum.

Disputationem hanc inauguralem.

Offert & inscribit.

CHRISTOPHORUS GERDES.



Controv. 1. ex capite Juris Civilis de Justitia & Jure.

AN rectè distingvatur Jus gen-
tium ut sit duplex primævum & secunda-
rium?

Affirmativa verior est §. 1. & §. 2. Instit. de Jur.
nat. gent. & civ. Don. 1. com. 7. Myns. Hotom. & Dd. ad d. §. 2. Althus. 1.
Jurispr. 1. Dissent. Coras. 6. misc. ult. Baro ad l. 1. circ. fin. ff. de I. & I.
Ant. Fab. 1. Jurisp. 2. p. 2. conf. 1. Connan. 1. com. 5. Bronch. cent. 1. ass. 3.
& alij.

2. Ex cap. Ju. Civ. d. ll & constitut.

Utrum rescripta ad lites sint perpetua, an vero
anno expirent?

Affero quod sint perpetua nisi impetrans dolo vel negligentia ijs
intra annum uti supersederit c. plerunq. c. si autem de rescript. l. falso C.
de divers. rescript. Fas. in d. l. falso. Menoch. de arbitr. jud. cas. 204. Dis-
sents. Bald. teste. Felin. in d. c. si autem. Aliter diss. Cujac. in parat. C. de
divers. rescr.

3. Exc. J. C. de Consuetudine.

An duo actus ad consuetudinem introducendam
sufficiant?

Plures de jure requiruntur actus & quidem pro arbitrio judicis
l. 1. C. quæ sit long. consv. l. 3. C. de adif. priv. junct. l. 15. §. aliud 22. ff. de
injur. Menoch. de arbitr. jud. cas. 81. qui plures alleg. Connan. 1. com. 10.
Duaren. de ll. c. 11. Dissent. Dd. communiter quos alleg. & seq. Gail. 2.
obs. 31. n. 7.

4. Exc. J. C. de Jure & Stat. person.

An adscriptitii sint servi?

Negativa magis placet arg. l. jubemus §. 1. C. de Episc. & Cler.
Nov. 123. c. 17. l. 23. §. cav. C. de agric. & cens. c. 2. de Jud. & Sarac. Cu-
jac. ad rubr. C. de agr. & cens. Treutl. p. 1. d. 2. th. 2. Dissent. Donel. 2.
com. 9. Connan. 2. com. 10. Forcat. ad l. 4. de I. & I. n. 15. & alij.

4 3

5. Ex

5. Ex c. 7. C. de adoption.

An Plebejus adoptatus à nobili nobilis efficiatur?

Negantium sententia furi magis consona est arg. l. 3. C. de commerc. & merc. arg. l. ult. ff. de stat. hom. l. ult. ff. de adopt. Tiraquel. tr. de nobilit. c. 15. n. 6. Bon. Curtil. tr. de nobil. in 4. part. col. 3. Cujac. conf. 56. Bodin. de repub. 3. c. 8. Dissent. Jo. Raynaud. tr. de nobil. p. 4. q. 5. Dn. Arum. exercit. Justin. 2. th. 21. Dissent. aliter Treutl. p. 2. disp. 15. th. 5. lit. C.

6. Ex c. 7. C. de magistratibus.

An hodiè indistinctè in magistratibus politicis puta statibus Imperii locum habeat, quod de episcoporum subditis definitum est in c. significasti. c. si diligenti de for. compet. ut nimirum subditi eorum absque consensu eorum non possint prorogare alterius jurisdictionem, & si se alterius jurisdictioni subjiciant, an possint prohiberi?

Quod hodiè id non possint subditi, atque si tentent, quod possint prohiberi, defendam cum Castalio in l. 1. de judic. Tob. Paurmeistero lib. 1. de jurisd. c. 25. n. 42. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 25. n. 50. Dissent. Dd. communiter quos refert & seq. Marant. de ordin. jud. p. 4. dist. 12. n. 25.

7. Ex c. 7. C. de Jurisdictione.

An ad merum imperium pertineat etiam notio: an verò tantùm in executione consistat?

Prius affirmo l. solet de offic. procons. l. 1. de offic. ejus cui mand. Donel. 19. com. 1. Scip. Gentil. de jurisd. lib. 1. c. 6. Paurm. lib. 1. de jurisd. c. 11. n. 17. Dissent. & posterius tuetur valdè plausibiliter Gilott, lib. 2. de jurisd. & imp. c. 5.

8. Ex c. 7. C. de in jus vocando.

Si citatus ad certam causam compareat, an teneatur respondere in aliâ causa, ad quam non est citatus, vel quod coincidit. An præsens in judicio adhuc citari debeat?

Magna inter pragmaticos lis est: Quod non teneatur respondere, & quod adhuc licet præsens sit citari debeat de jure verius dico l. 2. de in jus voc. arg. c. praterea de dilat. l. 5. in pr. Quod vi aut clam l. 2. §. 3.

l. 2. §. 3. de jud. Hippol. in l. de unoquoq. n. 176. de re judic. Masuer. pract. 1. n. 11. Donel. 23. com. 2. Wes. in parat. de in jus voc. n. 13. Illic. Ulmnius ad proces. jud. disp. 5. th. 8. n. 41. Dissent. & contrariam communem receptamq. testantur & seq. post alios Gail. 1. obs. 81. n. 7. & 58. n. 2. Myns. 6. obs. 6. n. 8. Marant. p. 6. t. de. citat. n. 3. Wurms. t. 6. obs. 14. Vult. 2. J. R. 28. n. 29.

9. *Ex c. 7. C. de Satisfat. judiciali.*

An satisfatio, quæ fit in iudicio, fiat fidejussoribus non etiam pignoribus?

Quod pignoribus non rectè de jure civili fiat statuo l. prætoria 7. ff. de prator. stipulat. l. 1. Qui satisfat. cog. l. 4. §. 8. de fideicom. libert. Nov. 53. c. 2. & 3. N. 112 c. 2. Donel. ad l. 5. §. 2. de V. O. Gædd. in tr. de contr. & com. stip. c. 5. n. 299. & alij. Dissent. Dd. in d. l. 1. Qui satisfat. cog. Hippol. à Coll. in l. 52. de R. J. Diss. aliter. Wes. in parat. Qui satisfat. cog. n. 7.

10. *Ex c. 7. C. de pactis.*

An pactum filiaë quæ renunciavit paternæ hereditati dote contenta juxta formam *c. quamvis de pact. in 6.* præjudicet liberis, si filia ante patrem cujus hereditati renunciavit, decedat?

Quod non præjudicet, sed filij relictæ cum avunculis ad avi successionem admittantur æquius & verius puto. arg. l. quoties 14. ff. de novat. l. si quis filio 6. de injust. rupt. test. l. si quis 9. de lib. & posth. c. 1. §. filij nati si de feud. def. contr. c. 1. de fil. nat. ex matr. ad morg. Roland. à Vall. 1. conf. 11. n. 4. Covarr. in d. c. quamvis p. 3. relect. §. 2. n. 4. Wesemb. conf. 11. n. 14. Gothofr. in l. 3. C. de dilat. Fachin. 3. cont. 23. Dissent. Ludovic. Roman. in l. qui superstis ff. de acq. hered. Philip. Dec. in conf. 181. & alij relati à Fachin.

11. *Ex c. 7. C. de transactionibus.*

An de crimine falsi possit transigi & quis sit sensus verborum in *l. transigere C. de transact.* citra falsi accusationem?

Quod de crimine falsi possit transigi, atque ideo verbum citra id d. l. transigere sit exceptivum, magis legibus consonum est, l. ipse 7. C. ad l. Corn. de fals. l. 2. C. de his quib. ut indig. l. pen. C. de transact. l. 4. ff. ad SC. Turpil. l. ult. ff. de calumniat. l. un. §. 13. vers. extraneum C. de rei

wxor. act. Post Gracos interpp. Cujac. 6. obs. 11. Ant. Govean. 1. Variat. lect. 30. Connan. 5. com. 7. Borch. tr. de transact. c. 3. n. 93. Dissent. Alciat. in d. l. transigere n. 71. Donel. ibid. n. 11. Hotom. illustr. quest. 23. Ant. Fab. 2. conj. 21. Nicol. Vall. tract. 17. n. 4. de reb. dub. Barnab. Briffon. lib. 3. de V. S. Treutl. disp. 7. p. 1. th. 5.

12. *Exc. J. C. de postulando.*

An salarium debeat advocato ab initio anni?

Affirmo per l. 1. §. 13. de var. & extraord. cognit. l. qui operas 38. §. 1. locat. l. pen. C. de condict. ob caus. dator. l. 4. de off. asses. Gail. 1. obs. 44. Motz. de contr. c. 7. n. 47. Dn. Arum. disp. Pand. 5. th. 7. Dissent. post Dd. Myns. cent. 3. obs. 7. n. 2. qui demum finita causa id deberi putant. Præjudicium hujus controversiæ. decisio facit illi: An totius anni salarium transmittatur ad heredes, etsi advocatus ante anni finem moriatur? quod indistinctè assero contra Vaudum. 1. q. 7. & Treutl. p. 1. d. 8. th. 3. in fin.

13. *Exc. J. Civ. de Infamia.*

An poena infamiæ & reliquæ poenæ constitutæ in majorem qui venit contra juratam transactionem l. si quis major 41. C. de transact. locum etiam habeat in omni contractu?

Negativam accepto & quod illa poena tantum in specie d. l. si quis major inducta sit arg. l. pen. C. de dignit. l. 2. C. de reb. cred. Alciat. ad l. 41. Donel. ibid. Fachin. 1. cont. 11. Dissent. Bart. Jas. & Dd. communius in d. l. 41.

14. *Exc. J. C. de procurat.*

An procurator rectè distingvatur in procuratorem universorum bonorum, & procuratorem cum liberâ?

Affirmo per collationem l. 63. ff. de procurat. l. procuratorem 16. C. eod. cum l. 58. de procurat. l. creditor §. ult. mandat. l. filiusfam. de donat. l. 9. §. 3. de acq. rer. dom. c. qui ad agendum 4. de procur. in 6. quod communius receptum dicit Costal in d. l. 58. Hotom. in §. 43. Instit. de rer. divis. Ant. Fab. ad d. l. 58. & l. 63. de procur. Pac. 2. quest. 47. Dissent. Don. 4. com. 15. Vaud. 1. q. 47. Treutl. p. 2. d. 21. th. 3.

15. *Exc. J. C. de negot. gest.*

Negotiorum gestor an teneatur de levissima culpa?

Nego

Nego per l. tutori 20. C. de negot. gest. l. fidejussor. 32. ff. de neg. gest. l. 5. §. nunc Commodati §. 1. Inst. de oblig. qua ex q. contr. Dd. in d. §. 1. Delrio in l. contractus. c. 14. de R. J. Petr. Fab. ibid. Sichard. in d. l. tutor & alij Dissent. Don. 15. com. 15. Cujac. in not. ad lib. 1. sent. Paul. t. 4. in pr. Borch. ad d. §. 1. Vult. 1. disc. 15.

16. Ex c. 7. C. de restitut. in integr.

An beneficium restitutionis sit reale vel personale, vel mixtum?

Quod ex natura sua sit reale, assero per l. exceptiones 7. de except. l. non solum 6. ff. de in integ. rest. l. 3. §. 9. l. 18. §. fin. de minor. Maurit. de restit. in integ. c. 13. Myns. cent. 4. obs. 18. Dissent. Cujac. in l. in causa cognitione de minor. Duar. ad t. C. de fidejuf. minor. Vall. de reb. dub. tr. 20. n. 5. Wesemb. in parat. C. de restit. in integ.

17. Ex cap. Jur. Civ. de restit. quod met. caus. & quod dol.

An cum actione quod metus causa etiam doli actio concurrat?

Affirmo cum communi l. 14. §. cum qui 13. ff. Quod met. caus. Dd. in d. §. 13. Cujac. in l. 1. ff. de dol. Wesemb. in parat. Quod met. caus. n. 9. Pac. 2. q. 74. Dissent. Baro ad d. §. 13. Don. 15. com. 40.

18. Ex c. 7. Civ. de restit. minor.

An minor post contractum juratum restitutionem in integrum petere possit?

Nego per l. 1. §. auth. sacramenta C. si advers. vendit. arg. c. cum contingat de jurej. l. cum pater §. filij de legat. 2. l. si duo §. idem Julianus l. in duobus §. colonus ff. de jurejur. Alex. Fas. in d. auth. sacramenta Gail. 2. obs. 41. Dissent. Dyn. Cyn. Salicet in l. 2. C. de resc. vend. Ant. de Butrig. in c. p. de empt. & vend. & alij.

19. Ex c. 7. C. de restitut. major.

An ex clausula generali: Si qua alia iusta causa videbitur majoribus competat in integrum restitutio adversus præscriptionem si justam & probabilem ignorantiam prætendant?

Negantium sententia legibus conformior est l. ult. C. de præscr. long. temp. l. sicut C. de præscr. 30. vel 40. an. l. omnes C. eod. l. ult. C. de fund. patrim. arg. l. un. C. de usuc. transf. Pinel. in auth. nisi C. de bon. mater.

mater. n. 18. & seq. Fr. Sarmient. 2. sel. interp. 10. Wesemb. in parat. Ex quib. caus. maj. n. 10. Fachin. 1. contr. 69. Dissent. Zas. in §. rursus Inst. de action. n. 29. Vasqu. 2. illustr. contr. 75. & Dd. communiter test. & seq. Gail. 2. obs. 19. n. 19.

20. *Exc. J. C. de arbitr.*

Reductio à laudo vel arbitratoris sententia ad arbitrium boni viri apud quem judicem petenda sit?

Illā ex tribus sententijs verior est, quod petenda sit apud ordinarium judicem rei, apud quem alias actio fuisset instituta, si compromissum non fuisset l. si quis rem 30. ff. de recept. arb. arg. l. continuus 137. §. cum ita de V. O. l. vir bonus judicat. solv. l. quod si Ephesi §. fin. de eo quod cert. loc. Bart. in l. societatem §. arbitratorum n. 21. ff. pro soc. Marant. p. 6. t. de appellat. n. 114. Gail. 1. obs. 49. Fachin. 8. contr. 94. Dissent. post alios Didac. Covarruv. 2. variar. resolut. c. 12. n. 2. Aliter Afflict. decis. 51. Angel. in l. si suscept. §. ult. de inoff. test.

21. *Exc. J. C. de Judicijs.*

An de Jure civili Judex ordinarius ad id ut removeatur tanquam suspectus recusari possit?

Quod non possit recusari, sed alius tantum ei adjungi debeat novissimi Juris Civilis puto per auth. si contigerit C. de jud. N. 86. c. 2. N. 53. c. 3. post alios Sichard. in l. apertissimi n. 6. C. de jud. Gail. 1. obs. 33. Myns. cent. 2. obs. 52. Diss. Cujac. 9. obs. 23. quem seq. Treutl. p. 1. d. 12. th. 17. Dn. Arum. d. Pand. 7. th. 10.

22. *Exc. cap. Jur. civ. de inoff. test.*

An filio à patre legitimè exheredato causaque ingritudinis probata nepos ex sua persona ad inofficiosi querelam admittatur?

De apicibus juris hæc questio est, inquit Gomez. Quod non sit admittendus, magis probo l. si quis filio 6. in pr. de injust. rupt. test. l. 9. §. 2. de lib. & posth. l. 4. §. 1. de bon. poss. cont. tab. l. scripto 7. und. lib. l. si quis filium 34. C. de inoff. test. Petr. de Bel. Pert. in d. l. 34. Gomez. variar. res. tom. 1. c. 11. n. 21. Cujac. in d. l. 6. de injust. rupt. & in d. l. 9. §. 2. Alciat. 2. parad. 46. Hotom. 5. obs. 15. Dissent. Dd. communiter testib. & seqq. Zas. in l. in suis de lib. & posth. Costal. in l. 14. de inoff. test. Wes. vol. 2. cons. 71. n. 16.

23. *Exc.*

23. Ex c. J. C. de pet. hered.

Petitio hereditatis an sit actio omnino realis, an
verò personalis in rem mixta?

Quod sit merè realis verius puto l. si autem 27. §. 3. de R. V. arg.
l. nec ullam 13. in fin. l. 8. de pet. hered. l. 3. C. eod. Jaf. Zas. in §. quadam
Inst. de act. Marant p. 4. dist. 3. n. 8. Menoch. adipisc. poss. rem. 1. q. 4.
n. 30. Wes. in par. ff. de pet. hered. Harpr. in d. §. 20. Inst. de act. Dn. Fo-
man. disp. Inst. 30. tb. 8. Dissent. Dyn. Alex. Castr. Bald. in l. 7. C. de pet.
hered. Sneydw. in §. actionum Inst. de act. Hot. in epit. t. de pet. hered.

24. Ex c. Jur. Cib. de Rei vindic.

An res ex pecunia dotali emptæ fiant dotales, ita
ut soluto matrimonio utilis rei vindicatio pro iis detur
uxori?

Regulariter negandum est l. 6. C. de R. V. l. ex pecun. C. de jur.
dot. l. si mulier 21. ff. de pact. dotal. l. ita constante 26. cum seq. l. si ex la-
pidicinis 32. de jur. dot. post Accur. Duar. ad l. 22. in fin. ff. solut. matr.
Costal. ad l. 54. de jur. dot. Cujac. 5. obs. 29. Ant. Fab. 5. conj. 9. Pac. 5.
q. 53. qui tamen nec ipsi omnimodo conveniunt in explicatione l. res
quæ 54. de jur. dot. Dissent. planè Donell. 5. comm. 2.

25. Ex c. J. C. de Public. in rem act.

An ignorantibus qui à furioso emit, Publiciana detur?

Affirmo cum Ulpiano & Marcello in l. sed etsi 7. §. 2. de Public.
Accurs. in d. l. 7. §. 2. Duar. in t. de usucap. Cujac. in l. 2. §. 16. pro empt.
Donell. Harpr. in §. namq. Inst. de action. Dn. Arum. d. Pand. 8. tb. 19.
qui tamen & ipsi in tres dissident sententias pro explicatione d. l. 2. §.
16. pro empt. cujus verior sit discursus enodet, Dissent. omnino Ant.
Fab. 1. con. 18.

26. Ex c. J. C. de usufruct.

An fructus ultimi anni, qui maturi sunt & adhuc
pendēt, ad heredes defuncti fructuarii pro ratâ tempo-
ris quo duravit usufructus juxta dispositionem l. divortio 7.
solut. matr. an vero omnino ad proprietariū pertineant?

Hoc posterius cum communi scholâ accepto per §. is vero 36. Inst.
de rer. divis. l. fructuarius 13. ff. Quib. mod. usus am. l. 12. §. ult. ff. de
usufr. l. defuncta 58. ff. eod. Dd. in d. l. divortio Don 10. com. 9. Hartm.
Pistor. 1. q. 24. n. 23. Costal. ad d. l. defuncta. Dissent. acutissimè Cujac.
lib. 4. Feud. 30.

B

27. Ex

27. Ex c. f. C. de servit.

An inter servitutum luminum & ne luminibus of-
ficiatur, sit differentia?

Omninò quod sic statuo per l. luminum 4. & l. eos 40 ff. de S.
P. U. gl. & Dd. in d. l. 4. Capoll. de servit. urb. c. 35 n. 1. Coras. ad l. 1. de
serv. n. 24. Duar. 1. disp. 33. Costal. ad d. l. 4. Robert. 4. sent. 7. Cujac. 1.
obs. 4. Hotom. 2. amic. 4. Dissent. Donell. 11. com. 5. Bronch. cen. 2.
ass. 5.

28. Ex c. f. C. d. l. Aquil. & nox. act.

Si alius quempiam mortiferè vulneravit, alius ve-
rò mortem acceleraverit quis de vulnerato, quis de oc-
ciso teneatur?

Si posterior acceleraverit saltem, ut ergo de occiso; si posterior sta-
tim exanimaverit, posterior de occiso, prior de vulnerato tenebitur. l.
ita vulneratus 51. in fin. prin. l. item Mela. 11. S. Celsus ad l. Aquil. arg. l.
scripturae S. 1. C. eod. Costal. in d. l. vulneratus. Gothofr. in d. S. Celsus.
Dissent. post gl. Raph. Fulgos. & Alberic. in d. l. ita vulneratus. Aliter
Diss. Zas. 2. sing. intell. 6. Aliter Cujac. in d. l. ita vulneratus in sic.
Julian.

29. Ex cap. f. Civ. de act. fin. reg. fam. ercisc. & com. div.

An actiones fin. reg. fam. ercisc. & com. divid. mix-
tæ revera sint?

Nego sed verè personales eas dico l. 1. ff. fin. reg. arg. S. omnium Instit.
de act. S. 3. & 4. Inst. de oblig. qua ex q. cont. Donel. Harpr. Vult. in S. 20.
Instit. de de act. Dn. Foman. disp. Inst. 29. th. 12. Dissent. Dd. communi-
ter in d. S. 20. Wes. in parat. fin. reg. fam. ercisc. com. div. Zas. par. fin. reg.

30. Ex c. f. C. de interrogat. in jure faciend.

An post causæ conclusionem quoad litis decisio-
nem in causa interrogare hodiè liceat?

In eo dubio Marte Pragmaticos configere video: Jure ordi-
nario illud negandum puto cum Menochio 2. de arb. Jud. cas. 51. n. 18.
qui sequitur Ripam in c. 1. n. 2. de judic. Marsil. sing. 555. Bellon. conf.
59. n. 6. Dissent. Dec. in c. 1. in 4. not. de jud. Fas. in l. admonendi de Ju-
rejur. Neviz. conf. 5. n. 25. Felin. in c. cum Johannes de fid. instr. n. 11.
quos sequitur Gail. 1. obs. 107.

31. Ex

31. Ex c. Ju. Civ. de relig. & sumpt. fun.

Si testator liberorum sepulcorum translationem sub pœna relicti heredi mandaverit: an omiſſâ translatione heres privandus sit hereditate?

Affirmativam tentavit Hakelmannus in diſp. illustr. quaest. 8. th. 20. qua & mihi placet arg. l. un. C. de his quæ pœn. nom. l. militis. 5. de relig. & sumpt. fun. Dissent. post Castrens. Sichardus in l. 14. C. de relig. & sumpt. fun.

32. Ex c. Jur. Civ. de reb. creditis seu de mutuo.

Quid si moneta mutata est, in mutuo quodnam tempus æstimationis inspici debeat, contractusne an solutionis?

Indiſtinctè contractus tempus inspici debere de jure verius puto l. 2. & 3. de reb. cred. arg. l. 49. S. 1. de solut. l. 24. depos. l. 34. S. 3. de legat. 1. l. extrinsecus 65. de V. O. sive bonitas intrinseca mutata est sive extrinseca. Post multos Myns. 4. obs. 1. Donell. in l. 3. de reb. cred. Hotom. illustr. quaest. 15. Wes. in par. de reb. cred. Dissent. post Bart. Bald. Andr. de Ifern. & alios. Gail. 2. obs. 73. n. 9. Borch. in c. un. quæ sint regal. Costal. ad l. 42. de Jur. dot.

33. Ex c. J. C. de Jurejur.

Qualis ex Jurejurando detur actio juranti?

Subtiliter illud disquiritur: Unam duntaxat actionem eamq; novam nempe utilem in factum ex jurejurando competere cum Donello tr. de jurej. c. 8. & Vultejo disc. schol. c. 7. rectè dici puto. Dissent. post Accursium Dd. communiter in l. nam posteaquam & l. sed et si. de jurejur. Aliter diſſ. Borch. tr. de jurej. c. 8. n. 29.

34. Ex cap. Ju. Civ. de in litem jurand.

An juramentum in litem in actione ex empto locum habeat?

Negatur de jure rectius l. si traditio 4. C. de act. empti arg. l. 10. de jur. dot. l. ejus rei l. nec quasi de R. V. l. si cum dos 8. & seq. de action. rer. amot. Azo in sum. t. de in lit. jurand. Fulgos. Alberic. de Rosat. Corras. in l. in actionibus 5. de in lit. jur. Donel. ibid. n. 4. Ant. Fab. 6. conj. 17. Borch. tr. de in lit. jur. c. 4. n. 70. Dissent. post Hugolin. Bart. Paul. de Castr. in d. l. 5. de in lit. jur. Johan. Baptist. Plot. in repet. l. si quando C. unde vi. Menoch. de arbitr. jud. 2. cent. 3. cas. 207. n. 28.

B 2

35. Ex

35. Ex c. 7. Civ. de condict. indebiti.

Indebitum solutum an repeti possit ab eo cui solvens ad antidora sive remunerandi obligatione tenetur?

Quod sic, verius est arg. l. cum amplius 84. in fin. de R. J. Jaf. in l. 5. n. 74. de J. & J. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 59. C. de bon. mat. Eman. Soar. in com. op. lit. E. n. 160. Duar. in t. de cond. indeb. c. 6. Wes. in parat. de O. & A. Dissent. Zaf. 1. resp. sing. 33. n. 22. Covarr. in c. cum in officijs n. 10. de testam. Rober. 2. sent. 16.

36. Ex c. 7. C. de condict. furtiva.

Condictio furtiva an contra heredes in solidum competat?

Placet Affirmativa l. 9 ff. de cond. furt. l. 2. §. fin. ff. de vi bon. rapt. arg. l. 2. §. ex his de V. O. Post alios Donell 15. obs. 19. Wesemb. in parat. de cond. furt. Fachin. 9. contr. 5. Ant. Fab. 4. conj. 1. Dissent. Cujac. 7. obs. 37. & 13. obs. 37. Vult. in §. plane 14. Instit. de act. n. 10.

37. Ex c. 7. Civ. de act. arbitr. de eo quod cert. loc.

An in persona rei indistinctè utilitas loci constituti aestimari debeat sive ipse reus in morâ fuerit sive non?

Affirmativam sequar §. si quis agens 33. vers. loco plus Inst. de action. arg. l. qui decem de solut. l. illud de peric. & com. rei vend. l. ult. de pact. l. 12. §. pen. de solut. Post Johan. Accur. in l. 2. de eo quod cert. loc. Donell. ibid. Wes. in parat. de eo quod cert. loc. Treutl p. 1. d. 23. th. 4. Dissent. post Placentinum & Irnerium Cujac. in l. centum Capua 8. de eo quod cert. loc. in tr. ad African.

38. Ex c. 7. C. de constit. pecun.

An de debito civili etiam constitui possit?

Negandum puto per l. 3. §. 1. ff. de constit. pecun. Bald. in l. pen. C. de non num. pecun. Zaf. Sneider. Myns. Harpr. in §. constituta Inst. de action. Duar. in c. 5. de cond. indeb. & c. 2. de constit. pecun. Costal. in d. l. 3. de constit. pecun. Wes. in parat. de constit. pecun. Dissent. Donell. 13. com. 22. Baro. Balduin. Mud. ad d. §. constituta.

39. Ex c. 7. C. de commodato.

Actio commodati an compensationem admittat?

Nego per l. ult. C. commod. arg. l. si conven. de pignor. act. l. si non sortem 26. §. si centum de cond. indeb. juncta l. 3. §. fin. ff. commod. Forner.



Forner. lib. 2. select. 14. Bronch. cent. 2. ass. 42. Dn. Arumæus d. pand. 12. th. 2. Dissent. Do nell. in §. bonæ fidei Inst. de action. Cujac. 9. obs. 37. & ad Paul. 2. sent. 12. Pac. 4. q. 44.

40. *Exc. J. C. de SC. Macedon.*

An filiusfam. honore & dignitate paterfam. factus adhuc S^Cti Macedoniani beneficio hodiè se defendere possit?

Quod mihi omnino videtur l. 1. §. fin. de SC. Maced. l. quod favore 6. C. de ll. cum Costal. in d. l. 1. §. fin. Treutl. p. 1. d. 2. th. 7. Diss. post gloss. Gotbofr. & alij in d. §. fin.

41. *Exc. J. C. de SC. Vellej.*

An mulieres beneficio S^Cti Vellejani renunciare possint?

Quæ questio sub hoc capite maximè agitur: Affirmativam consuetudine receptam in jure quoq; magis fundatam assero l. pen. C. de pact. l. ult. §. pen. ff. ad SC. Vellej. auth. mater. C. quand. mul. tut. off. l. 22. C. ad SC. Vell. l. Paulus 31. ad SC. Vellej. Zas. sing. resp. 2. c. 18. Gail. 2. obs. 77. Pet. Fab. ad l. 2. de R. J. Fachin. 2. contr. 59. Gæd. de contr. & com. stip. c. 7. concl. 19. n. 298. Philip. Matth. ad d. l. 2. n. 22. de R. J. & alij. Dissent. post Bart. Bald. Salic. & alios. Gomez. variar. res. t. de contr. c. 13. n. 17. Duar. ad SC. Velleja. c. 2. Donell. 12. com. 32. Tessaure. decis. 222. n. 2. Ant. Fab. ad l. 8. §. 1. Qui satis d. cog.

42. *Exc. cap. J. Civ. de compensat.*

An etiam speciei cum specie vel quantitatis cum specie fiat compensatio?

Cum communi schola Nego & quod saltem quantitatis cum quantitate compensatio fiat verum puto per l. si convenerit 18. de pignorat. act. l. 5. de imp. in rem. dot. fact. l. si constat. 4. C. de compens. arg. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. l. invitum. C. de contr. empt. Azo in sum. C. de compens. Cujac. ad sent. Paul. 2. tit. 5. Marant. p. 4. d. 6. n. 30. Donell. in §. bonæ fidei n. 13. Instit. de act. & ibi Dd. alij. Dissent. Duar. in l. 7. §. 5. solut. matr. Harprech. in d. §. bonæ fidei Instit. de act. n. 9.

43. *Exc. c. I. C. de deposito.*

An depositum etiam in rebus immobilib. consistat?

Negativa rectius tenetur l. 1. ff. de pos. arg. §. præter. Inst. Quib. mod. re. contr. oblig. junct. §. furtum Instit. de usuc. Fac. l. 31. in fin. de

B 3

act.

*act. empt. Salic. Ang. & Dd. in d. l. 1. Sicbard. in rubr. C. eod. Sneider.
Myns. Wes. & alij in S. pen. Inst. Quib. mod. re contr. oblig. Motz. de
depos. c. 1. n. 6. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 67. Dn. Arum. exerc.
Justin. 12. th. 16. Diss. pereleganter Gædd. in l. 110. de V. S. & ad rubr.
extr. de sequestr. poss. & fruct. n. 8. Philip. Haen. contr. illustr. d. 13. th. 11.*

44. *Exc. J. C. de mandat.*

An mandari possit hereditatis aditio?

*Neg. l. 90. de acq. hered. arg. l. nemo 123. junct. l. 77. de R. J. l. 1.
§. ult. ff. de offic. procur. Cas. Post alios Cujac. 1. obs. 34. Don. 7. com. 8.
Hotom. 2. amic. resp. 34. Cont. 2. subsec. lect. 17. Dissent. Duar. 2. disput.
27. Fachin. 6. contr. 96. Dissent. aliter Revard. de auct. prud. c. 5. Ali-
ter Mar. Lycl. à Nieb. 3. membr. eclog. 18.*

45. *Exc. J. C. de Societate.*

**An fors quam unus societati intulit communis
fiat & cum altero sociorum, qui solam operam præstitit,
finita societate dividi debeat?**

*Negatur verius arg. l. cum duobus 52. §. 2. pro Socio Bald. Castr.
Sicbard. in l. 1. C. pro soc. Fachin. 2. contr. 94. Dissent. Bart. Alber. in d.
l. 1. pro soc. Didac. Covar. 3. variar. resol. c. 2. n. 2.*

46. *Exc. J. C. de contr. empt. & vend.*

**An venditor cum facultatem tradendi habet, præ-
cisè rem tradere teneatur, an vero liberetur præstando
interesse?**

*Hujus materie nobilissima illa questio est. Quod præcisè rem
tradere teneatur juri nostro magis congruum puto. l. ex empto de act.
empt. §. perficiantur Inst. de donat. l. si quis argentum C. de donat. l.
cum manu sata §. ult. de contr. empt. l. si quis 46. de act. empt. l. 68. §.
ult. de contr. empt. arg. l. qui restituere de R. V. l. ubi 75. in fin. de V. O.
Post Martinum Dd. in d. l. 1. de act. empt. Covar. 2. var. resol. 19. Coras.
2. misc. 3. Cujac. lib. 1. sent. Paul. 13. & in l. 72. de V. O. Pinel. in l. 2. p. 2. c. 3.
n. 20. C. de resc. vend. Duar. in d. l. 72. de V. O. Ant. Fab. 6. conj. 17. Dn.
Arum. disp. Pand. 13. th. 8. Dissent. post Johannem Socin. in l. certi. ff. si
cert. pet. Alciat. ad l. un. C. de sent. quæ pro eo quod inter. Fachin. 2.
cont. 30. Gædd. de contr. stip. c. 9. con. 4. n. 65. Donell. in d. l. 72. de V. O.
Vand. 1. var. q. 9.*

47. *Ex*

47. Ex c. 7. C. de locat. & cond.

An locatio pecuniæ numeratæ dationem requirat,
an vero etiam mercedem in rebus fungibilibus reci-
piat?

Posterius verius puto per l. si olei 21. C. locat. l. & hæc distinctio
35. in fin. locat. l. licet 8. C. eod. §. adeo Inst. eod. Ar. Pin. ad l. 2. C. de
resc. vend. p. 2. c. 3. n. 38. Coras. 2 misc. 11. Menoch. rem. ad. poss. n. 93. Wes.
in parat. ff. locat. n. 9. Cujac. in d. l. & hæc distinctio ad African. Borch.
de pact. c. ult. Vult. ad pr. Instit. de locat. n. 19. & seq. Dissent. gl. Bart.
& alij in d. l. si olei. Bald. Egvin. & alij in d. §. adeo. Gomez. 2. variar.
res. c. 3. n. 3. Motz. tr. de contr. t. de locat. Donell. 13. com. 6. Fachin. 1.
contr. 82.

48. Ex c. 7. C. de Prescript. verb.

An in contractu innominato Cum facio ut des,
actio præscriptis verbis locum habeat: & quidem sive
dolus arguatur sive non?

Intricatissima hæc questio est, si quæ alia in toto jure. Verius
semper existimavi ita litem dirimi posse: ut si dolus non arguatur actio
præscriptis verbis locum habeat l. 3. ff. de præsc. verb. l. 7. §. 2. de pact. l.
solent. 15. de præsc. verb. l. si tibi polienda. 22. eod. l. cum mota C. de
transact. Si dolus arguatur, actio de dolo competat. l. naturalis §. quod
si faciam 3. de præsc. verb. d. l. solent. l. cum proponas. C. de dol. junctis
l. eleganter §. non solum ff. de dol. mal. l. si quis cum aliter 36. de V. O.
Quam sententiam post Accursii & antiquorum opinionem tenet Co-
ras. 2. misc. 10. Dissent. variè. Aliter Bart. Paul. Azo. Jas. Costal. &
Dd. communius in d. l. naturalis. Aliter acutissimè Donell. in tr. de
præsc. verb. c. 10. & seqq. quem sequitur Henr. Heidecc. in d. l. naturalis
n. 27. Aliter post Castellio. & Fulgos. in d. §. quod si faciam. Duar. in
l. 7. ff. de pact. Aliter Alciat. in l. 19. de V. S. Aliter Ant. Gov. Cujac. in
l. 7. ff. de pact. Borch. in c. ult. de pact. Aliter Dn. Arum. disp. Pand. 13.
thes. 11.

49. Ex c. 7. C. de pignor. & hypothec.

An etiam in pignore prætorio ut in conventionali
privilegium temporis locum habeat?

Distingvo. Si ex uno eod. q. titulo creditores veniunt, & mittuntur,
non habet locum: Si ex diversis titulis omnino locum habet l. 15. §. 15. ff. de
damn. infect. l. cū unus 12. de reb. auct. jud. possid. l. is cui. 15. §. 3. & 4. ff.
ut in

ut in possess. legat. l. si decreto 2. C. qui potior in pign. Salic. Sichard. Donel. ad d. l. 2. C. qui potior in pign. Petr. Fab. ad l. 98. de R. J. Cujac. in parat. C. qui potior in pign. § 5. obs. 30. Dyn. ad c. qui prior de R. J. in 6. Dissent. Wesemb. in par. ff. Qui potior in pign. Gail. 2. obs. 25. n. 3. Balduin. tr. de pign. c. 19.

50. Ex c. I. C. de adilitio edicto.

An adilitium edictum extendatur etiam ad loca-
tiones?

Nego per expressum textum in l. sciendum 63. ff. de ad. ed. Dd. communiter. Caballin. de adilitio ed. c. 2. n. 10. Vincent. Caroc. tr. de locat. § cond. p. 2. t. de adilitio ed. fol. 178. Hotom. 4 obs. 17. Dn. Arum, d. Pand. 14. th. 14. Dissent. planè Cujac. 12. obs. 38. § assecla.

51. Ex c. I. C. de Evictione.

An de evictione teneatur donator?

Id regulariter negandum puto l. 2. C. de evict. l. Aristo. 18. in fin. de donat. l. Julianus 131. de V. O. Paul. 5. sent. 11. arg. l. si domus 71. § fin. de leg. 1. Cujac. ad Paul. sent. d. loc. Duar. in l. 2. C. de evict. Faber. ad §. alia Inst. de donat. Wes. in parat. ff. de donat. n. 7. Dn. Arum. exerc. Justin. 6. th. 17. Dissent. Accurs. Azo. Sichard. & Dd. communiter ad d. l. 2. C. de evict. Mud. de act. empt. c. quando stipula. n. 35.

52. Ex c. I. C. de Usuris.

An per litis contestationem incipiant debere usu-
ræ in stricti juris contractibus?

Quod non, magis placet per l. 3. C. de usur. l. Titius 24. de præsc. verb. l. idemq. 10. § 4. ff. mand. l. mora 32. § 2. ff. de usur. Gomez. ad §. actionum Inst. de act. n. 18. Cujac. 14. obs. 22. § 7. ad Afric. in l. 37. de usufr. Don. c. 3. de usur. Duar. c. 2. de usur. Borch. de usur. c. 3. n. 51. Dissent. Romu. l. in tr. de mor. in 2. mor. eff. n. 131. Coras. 2. misc. 7. Costal. ad l. 38. de usur. Wes. in parat. de usur. Vult. in J. R. c. 44. n. 71.

53. Ex c. I. C. de mora.

An reo purgare moram ad litem usque contesta-
tam, cum in obligationibus dandi, tum faciendi inte-
grum sit?

Maximè controversi juris articulus est, & multarum opinio-
num ferax: Illud defenditur rectius, quòd possit in obligationibus dan-
di & faciendi ad litem contestatam purgare, non ultra, l. si insulam 84.
ff. de

ff. de V. O. l. sed si & alia. 17. de pec. constit. l. 1. de pen. leg. l. 19. quand. dies legat. l. ita veniunt. 20. §. 5. de petit. hered. Alciat. in l. un. C. de sentent. qua pro eo quod inter. Johan. Saport. tr. de mor. c. 4. Donell. in d. l. si insulam. & in l. si servum 91. §. sequitur. de V. O. Gædd. in l. 12. §. 1. d. V. S. Dn. Arum. tr. de mor. c. 9. n. 9. Dissent. Cujac. Duar. in d. l. si insulam. Aliter Forcat p. 3. n. 12. Aliter cum Dd. communiter Menoch. de arb. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 3. ubi 7. sententias refert.

54. Exc. J. C. de probationib.

An ob semiplenam probationem deferri possit iuramentum?

Recepta sententia affirmantium verior est, l. 3. C. de reb. cred. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. c. ult. extra de jurejur. Wes. in paratit. de jurejur. n. 10. Costal. ad d. l. 31. Sichard. in d. l. 3. Myns. 4. obs. 78. & Dd. communiter. Dissent. Donell. de jurejur. c. 11. n. 4. Duaren. 2. disp. 33.

55. Exc. J. C. de Nuptijs.

An rati habitio paterno consensui æquipolleat & retrahatur?

Neg. ll. magis consona est. l. manifestum 9. C. de nupt. in pr. I. de nupt. l. Paulus 11. ff. de stat. hom. l. si uxor. 13. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult. arg. l. eos qui. 65. §. 1. ff. de rit. nupt. l. si contra C. eod. Hotom. illustr. quest. 9. Cujac. 3. obs. 5. Cont. 1. disc. 7. Beust. de matrim. c. 46. Myns. cent. 2. obs. 34. Borch. ad pr. Inst. Vult. in pr. Inst. de nupt. n. 20. & seq. Harpprecht. in pr. Inst. de nupt. n. 64. Dissent. Wes. Instit. de nupt. §. 1. Petr. Heig. in pr. Instit. n. 26. Bronch. 3. ass. 4. Hackel. in disp. illustr. quest. 14. tb. 7. & alij.

56. Exc. J. C. de Jure dot.

Si filia superstitibus liberis in conjugio moriatur, an dos à patre profecta, penes maritum maneat, an verò ad patrem redeat?

Quod apud maritum maneat, & æquius & verius est. tam de jure veteri quàm novo. l. ult. §. 5. ff. ut legat. nom. cav. l. post dotem. 40. ff. solut. matrim. l. filiusfam. 17. ad SC. Macedon. junct. l. uxorem. 41. §. testamento. de leg. 3. arg. l. pater. de pact. dotal. l. unic. §. procul dubio. C. de rei ux. act. post Martinum gloss. Ant. Fab. 1. con. 16. Gvid. Pap. conf. 12. n. 8. Wes. in paratit. solut. matrim. Bronch. 2. ass. 21. Treutl. p. 2. disp. 7. tb. 11. Dn. Arum. disp. pand. 15. tb. 9. Dissent. post Bulgarum, Azon.

C

Joann.

Joann. Accursum, Dd. vulgò in l. 4. C. solut. matrim. Angel. in l. pater
